



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 7. Lotharingii Cardinalis animus ad hanc Cæsar is epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Cæsar in memoriam eidem revocabat, **Sæcul. XVI.**
 quod is Oeniponti pro certo spoponde- **A.C. 1563.**
 rit, stabilitum iri celeriter, quidquid ad
 utilitatem populorum subjectorum per-
 tineret, proin se sperare ajebat, quod
 tunc, si quid occurreret, quod a
 Pontifice aut a Concilio peteret, id
 ab illis pro eo, ac par est, expende-
 tur, cum ipse nihil in gratiam priva-
 tæ utilitatis suæ petiturus esset, sed in
 emolumentum animarum ditionis suæ,
 Imperii, ac Religionis, ut ejus reliquiæ
 adhuc superstites conserventur. Par-
 ter Cæsar speciatim Lotharingio Cardi-
 nali hæc perscribebat, „ præter opinio-
 „nem ad me pervenit notitia, quod
 „Pontifex tam accensam Synodi termi-
 „nandæ voluntatem habeat, ut eo festi-
 „net via non trita, & acclivi: porro nun-
 „quam ego in animum inducere po-
 „tui, hac in occasione rationes huma-
 „nas adeo præpollere, ast ubi id peragi-
 „tur, plurimum offendionis exinde ori-
 „turæ prævideo.

§. VII.

*Lotharingii Cardinalis animus ad
 hanc Cæsaris epistolam.*

Paucis hisce Ferdinandi verbis in Lo- **Pallav. n. 18.**
 tharingio Cardinale defervescebat
 desiderium, quo Synodum absolvi, se-
 que tanquam Legatum in Gallias de-
 cerni vehementer usque ad hoc tempo-

F f 4

ris

Sæcul. XVI. ris momentum exoptabat : eapropter
A.C. 1563. tum spargere cæperat, quod usque ad proximam Sessionem Tridenti persistere, usumque Calicis concedi, totis viribus urgere velit, ut hac ratione Protestantes eo facilius ad finum Ecclesiæ revocari possent : declarabat insuper, quod cum Cleri consensu procurare vellet, ut quædam Ecclesiastica bona divergentur, hocque pacto Regnum ære alieno levaretur, nunquam vero Franciæ Legationem, quamvis ei offerretur, se acceptaturum dicebat, ut maledicorum calumnias, atque hæreticorum accusations eluderet : denique promiserat, quod non velit quidquam in Galliis sancire, ne per Pontificiam quidem auctoritatem, absque reliquorum Praesulūm consensu.

§. VIII.

Lotharingii Cardinalis literæ ad Papam.

Pallav. n. 11. Verum biduo, antequam ampla hæc
Mem. pour le verba proferret, longe diversam a-
Conc. Lett. de nimi sui sententiam die decima sexta
Loth. au Aprilis calamo summo Pontifici mani-
Pape 16. festabat; suis enim literis hæc expon-
Aug. p. 483. bat: „ Percepi, quod Sanctitas vestra
 „Synodus feliciter absolvi exoptet,
 „cum non modo ea, quæ dogma reli-
 „ciunt, sed etiam cuncta ad solidam o-
 „mnium